tacuerit sapiens[a] reputabitur. Ante horam[b], post horam nichil cibi aut[c] potus accipiant, exceptis infirmis et infantibus, quarum[d] infirmitas[e] a priore[f] consideranda est. Non detrahat aliqua[g] nec detrahenti consentiat. Pacem[h] seminate inter vos semper et non discordiam; in scissura enim mentium Deus non habitat[1]. Saeculares fabulae longe sint a vobis. Certis[i] horis et constitutis opera manuum non negligant[k], quia virtus est animae et corporis; certis[l] iterum horis lectioni vacent et, si fieri potest, omnes[m] in uno claustro[n] sedeant, ut se invicem videntes cohortentur[p] et sub silentio legant, et ne una[q] ad aliam coniungat, nisi necessitas discendi[r] exposcit[s], hoc[t] tamen sine inquietudine alterius fiat. Nulla[u. 2] ex sororibus suum aliquid dicat aut rem aliquam aut membrum[v] corporis, sed semper 'nostrum'. Hoc solummodo[w] oportet dicere proprium, id est 'mea culpa'. Omnia enim[x] bona nobis communia esse debent, peccatum[y] vero ex nostra fragilitate procedit. Providendum magnopere est, ut iussio[z] domnae abbatissae de qualicumque[a] re sollicite[b] impleatur, quia haec[c] non illi, que[d] praecipit, sed Deo, qui iubet, administratur, et si, quod[e] absit, negligatur[f], cito negligens ad veniam recurrat postulandam. Quando in choro ad psallendum stant, consona et[g] concordi voce psallant et ille[h] incipiant versus[i], que[k] prae ceteris utilius possunt[l], ut ad primam vel secundam

a) 'sapiens reputabitur] sapientior reputetur' B. b) 'horam] vel' add. B. c) 'aut potus' desunt B. d) 'quarum] quorum' B. e) 'infirmitas] imbecillitas' B. f) 'priore] abbatissa' superscr. M. g) 'aliqua nec] quis aut' B. h) 'Pacem — vobis] Pacem inter se seminent fratres, non discordiam saecularium; fabulae longe sint ab eis' B. i) 'Certis — negligant] Statutis horis non negligant operam manuum agere' B. k) 'negligant] neggligant' M. l) 'certis iterum] caeteris autem' B. m) 'omnes' deest B. n) 'claustro] loco aut in claustro' B. o) 'se invicem] invicem se' B. p) 'cohortentur] coarctentur' B. q) 'una — coniungat] alius ad alium iungatur' B. r) 'discendi' deest B. s) 'exposcit] exposcerit' M; 'exposcat' B. t) 'hoc] id ipsum' B. u) 'Nulla — sororibus] Nullus ex fratribus' B. v) 'membrum] membrorum' B. w) 'solummodo] solum' B. x) 'enim bona] quae Deus donat' B. y) 'peccatum — procedit] excepto peccato quia ex nostra fragilitate est' B. z) 'iussio — abbatissae] iussum domini abbatis' B. a) 'qualicumque] quacunque' B. b) 'sollicite impleatur] impleatur sollicite' B. c) 'haec] eadem obedientia si recte perficitur' add. B. d) 'que — si] ministratur qui praecipit, sed Deo et si forte' B. e) 'quod — recurrat] negligatur quod absit qui reliquerat cito recurrat ad indulgentiam' B. f) 'negligatur] neggl- ' hic et infra M. g) 'et — voce] voce et corde' B. h) 'illi' B. i) 'versum' B. k) 'que] qui' B. l) 'possint' B.

1) Cfr. Abdiae 3 (?). 2) Zu 'Nulla — alta voce' vgl. Mem. Bened. p. 68.